

1474 23 Julii

Ex Originali. Arch. Regni Polon.

937.

Sixtus IV. confirmat iura Cruciferorum

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis
Magistro & fratribus hospitalis beate Mariae Theuto-
nicorum Hierosolimitani. Salutem & Apostolicam
benedictionem. Cum a vobis petitus quod iustum
est & honestum tam vigor equitatis quam ordo
exiit rationis ut id persollicitudinem officii nostri
ad debitum perducatur effectum. Id propter dilecti
in Domino filii vestris iustis supplicationibus grato
concurrentes assensu omnes libertates & immu-
nitates a Predecessoribus nostris Romanis Pon-
tificibus sive per privilegia vel alia indulta
vobis & hospitali vestro concessas nec non libertates
& exemptiones secularium exactionum a Regibus
& principibus, ac aliis Christi fidelibus vobis
& eidem hospitali rationabiliter indultas sicut
eas iuste & pacifice possidetis vobis & per vos
eidem hospitali auctoritate Apostolica confir-
manus & presentis scripti patrocinio com-
munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre confirmationis & com-
munitiois infringere, vel ei ausu temerario
contra ire. Siquis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem Omnipotentis
Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum
eius se noverit incursum. Dat Rome

250

apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini-
nicæ Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo
quarto Tertio Kalendas Augusti Pontificatus
nostri Anno tertio.

Takopia przepisana z Originata
pargaminowego & 27 Miesiacy
Maja R^o 1784 Ustota nasznur
ku ziedobaniu zutiego krzewnym
wisi piczeglha zotowiu od lana.